

adorantes regressi sunt in hierusalem
cum gaudio magno. et erant semper in
templo. laudantes et benedicentes dñm.

INCIPIT ARGUMENTUM a ccccccccc.

Euangelium iohannis manifestatum
est ecclesiis ab iohanne adhuc incor-
pore constituto. sicut papias nomi-
ne heropolitanus discipulus iohannis
carus. in exotericis id est in extremis
quinque libris retulit. Descripsit uero
euangelium dictante iohanne recte
uerum. Marcion hereticus cum ab eo
esset improbatu eo quod contraria
sententia abiectus est ab iohanne.
Iis uero scripta uel epistolas ad eum
pertulerat a fratribus qui in ponto
fuerunt.

INCIPIT CAPITULA.

- i. **D**e iohanne quia testimonium perhibebat de lumine. nam non erat ipse lumen. et de lumine uero. et quia uerbum caro factum est.
- ii. **D**e testimonio iohannis in bethania trans iordanen fluum.
- iii. **V**bi uidit iohannes ihm uenientem ad se.
- iiii. **V**bi secuti sunt eum duo discipuli iohannis quorum unus fuit andreas. frater petri. et adduxit illum ad ihm.